

4.

Skrivelse fra Professor Lange i Halle til Biskop Peder Hersleb.

Det er bekjendt, at der i Christian VI's Tid med kgl. Understøttelse sendtes danske Studenter til Halle for der at oplæres i Pietismens rette Theologi. Efterfølgende ret mærkelige Brev fra Aaret 1741 tyder dog paa, at Hensigten ingenlunde altid opnaaedes, da Pietismen den Gang allerede var i Tilbagegang i Tydskland, medens den wolfske Filosofi øvede en stærk Tiltrækning paa mange studerende. Brevet, der meddeles efter en Afskrift i Kgl. Bibl., Langebeks Excerpter 252 b., er af Afskriveren forsynet med følgende Overskrift: »Doct. Langes Brev i Halle til Biskop Hersleb i Kjøbenhavn angaaende de danske Stipendiariis, som ej vilde søge hans Collegier, maa bleve tvungne dertil under Brøds Fortabelse i Fremtiden: hinc patet Danorum nimia credulitas et laxitas«.

Vir Magnifice et Summe Venerabilis, Fautor ac in Christo
Frater singulariter colende!

Veneror sane demisso ac gratissimo animo singularem gratiam cum Seren. Regis Vestri, qua me Hafniam voluit evocare, tum ipsius Dei, qui illud ipsi consilium inspiravit. Qvamvis enim hoc ob difficultates insuperabiles eventum haud habuerit exoptatum, mihi tamen cessit in svavissimam compensationem mæroris, qvem mihi infausta Philosophiæ Volphianæ et ipsius autoris restitutio excitaverat. Id quod etiam alii, testibus ipsorum litteris ad me datis, agnoverunt. Cum mutationis causa adhuc in deliberatione mea versaretur, inter rationes, quæ ad sententiam affirmativam me inclinabant, amicitia tua, Vir S. Venerande, merito locum habebat, utpote ex qua optima quæqve præsentî mihi promittebam.

Servabis vero eam etiam absenti mihimet certe gratissimam. De Volfio paucis hæc habe: Minuit præsentia famam, et hæc ipsa posthac eo majus capiet decrementum, qvo majus ei incrementum conciliavit Theologus Berolinensis Reinbecchius, qvi hisce diebus morte misera extinctus est. Interea doleo Principia istius Philosophiæ, qvæ omnem Religionem Naturalem et Revelatam penitus evertunt, hic instillari non solum ab Auctore, sed etiam ab ipsius Sæctoribus. Immo doleo, Danos vestros apud nos non versari posse sine corruptionis periculo, ut etiam in aliis Germaniæ Academiis, ubi hæc Philosophia dominatur, cum inter nos sit, qvi sua ad istam proclivitate et novata docendi methodo sibimet qvasi Monopolium in Lectionibus Theologicis paraverit. Danorum vestrorum et Holsatorum fere nemo me audivit; pauciores tamen audire coeperunt, ex qvo Seren. Regis Vestri gratia erga me ipsis innotuit; et inter hos præcipue numero Clodium Helsingorensem, favore tuo, Vir Venerande, non indignum. Utinam Dani Vestri ad nos discessuri moneri possent, ut consiliis meis apud nos uterentur, et Lectionibus meis interessent. Id quod desiderium etiam perillustri Dño ab Holstein aperui, ab ipso antea rogatus, ut qvo modo Dani hic sese gererent, ipsi nonnunquam referrem. Cum, qvæ Dei est Gratia, satis integris corporis animiqve viribus adhuc utar, versor, præter officia ordinaria, in epitome unius voluminis ex opere meo biblico (in qvo Errata Typographica doleo) adornanda, uti indicat adjecta plagula. Doctissimo Filio cum salutatione plurima *πολυκαρπον* dicti operis mei usum exopto. Vale Vir summe venerabilis in Domino, cujus sumus.

Halæ, Cal. Septembr. S. Rev. Nominis Tui cultor sincerus
1741. Joach. Langius.

Hertil har Afskriveren endnu føjet: »Lange vil sværte Baumgarten med Volfens Philosophie, fordi han misunder ham det store Tilløb af Collegiantere fra alle Steder«.

Om Hersleb har taget sig af Prof. Langes Klagemaal, vide vi ikke; men derimod havde det Brev, Lange omtaler, at han havde skrevet til Grev J. L. Holstein, ikke været forgjæves; thi allerede under 25. August 1741 var der udgaaet et kgl. Reskript, hvori det indskjærpes, »at alle Studenter fra Danmark og Norge, som i Halle lægge sig efter Studium theologicum, skulle holde sig til Professorerne Lange og Francke og fra dem medbringe Testimonia¹⁾«. Om Langes Forelæsninger findes en karakteristisk Notits i Kirkehist. Saml. 3. R. II, 647.

¹⁾ Daae, Thronhjems Stifts gejstlige Historie, S. 179.